

Christus dominus.

1. Petrus apostolus ex patre Iohanne cathedralm episcopalem sedit in Antiochia annos 25 menses duos dies 8, ubi Linum et Cletum ordinavit episcopos, ut illi ministerio saecordiali, ipse vero verbo et orationi vacaret. Passurus autem Clementi cathedralm ecclesie commisit et crucifixus est a Nerone 38 anno post passionem Domini, sepultus in Vaticano, in templo Apollinis iuxta locum ubi crucifixus est.
2. Linus natione Tuscus sedit annos 11 menses 3 dies 12. Fuit temporibus Neronis martyrio coronatus. Hic ex precepto beati Petri constituit, ut mulier in ecclesiam velata introiret. Hi duo, id est Linus et Cletus temporibus beati Petri sederunt, unus post alterum chorepiscopatus officio fungentes.
3. Cletus natione Romanus ex patre Iemiliano sedit annos 12 menses 1 dies 7. Fuit temporibus Vespasiani. Et hic sicut et Linus in Vaticano iuxta corpus beati Petri sepultus est. Hic 25 presbyteros ordinavit in urbe Roma ex precepto beati Petri apostoli.
4. Clemens natione Romanus sedit annos 9 menses 2 dies 10. Fuit temporibus Vespasiani et martyrio coronatus. Hic septem regiones divisit Romanus notarius ecclesie, qui quæsta martyrum per suam quæstoriæ regionem sollicite perquirerent; et in regia sepultus est.
5. Anacleitus natione Atheniensis ex patre Antiocho sedit annos 12 menses 2 dies 10. Fuit temporibus Domitiani. Hic memoriam beati Petri constraxit et composuit, dum presbyter factus fuisset a beato Petro, feuallia loca, ubi episcopi condiderunt sepulcras, ubi et ipse sepultus est iuxta corpus beati Petri.
6. Euaristus natione Grecus ex patre Iudeo sedit annos 13 menses 7 dies 5. Fuit temporibus Domitiani et Nerva et martyrio coronatus est, iuxta corpus beati Petri sepultus est. Hic titulos in urbe Roma divisit presbyteris et septem diaconos ordinavit, qui custodiarent episcopum predicanem propter studium veritatis.
7. Alexander natione Romanus a patre Alejandro sedit annos 10 menses 12 dies 2. Fuit temporibus Traiani et martyrio coronatus, sepultus est via Numentaria, ubi decollatus est septimo ab urbe miliario. Hic passionem Domini instituit in sacrificiis commemorandam, quando missæ celebrantur et constituit aquam sparsionis cum sale benedicti in habitaculis hominum.
8. Sextus primus natione Romanus sedit annos 10 menses 2 dies 21. Fuit temporibus Adriani et martyrio coronatus sepultus est iuxta corpus beati Petri. Hic constituit, ut ministeria sacrata non tangantur, nisi a ministris Deo sacratis et ut decantaretur sanctus in missam sollempnitas.
9. Thelosphorus natione Grecus ex anachorita sedit annos 11 menses 3 dies 21. Fuit temporibus Antonii Marci et martyrio coronatus, iuxta corpus beati Petri sepultus est. Hic constituit, ut ebdomadas ante pascha a clericis ieiunium fieret et in nativitye Domini noctu missa celebraretur, quam omni tempore ante horam terciam, qua dominus ascendit crucem, nullus facere presumperat, et ut ante sacrificium hymnus anglicus diceretur Gloria in excelsis Deo.
10. Eginus natione Grecus ex philosopho sedit annos 4 menses 3 dies 14. Fuit temporibus Severi et Marci et iuxta corpus beati Petri sepultus est. Hic clerum composit et distribuit gradus.
11. Jainus ~~naturæ~~ nat de civitate Aquisqia ex patre Rufino sedit annos 11 menses 3 dies 21. Fuit tempore Antonii Pii et iuxta corpus beati Petri sepultus est. Sub huius episcopatu Hermes librum, qui dicitur pastoris, scripsit, in quo preceptum angeli continetur, ut passcha die dominicae celebretur. Hic constituit hereticum venientem ex Iudeorum heresi suscipi et baptizari.
12. Anitius natione Syrus ex patre Iohanne sedit annos 8 menses 3 dies 3. Fuit tempore Severi et Marci et sepultus est in cimiterio Calisti. Hic constituit, ut clerici conam non nutritur secundum preceptum apostoli.
13. Sother natione Campanus ex patre Concordio sedit annos 9 menses 3 dies 21. Fuit tempore Severi et sepultus est in cimiterio Calisti via Appia. Hic constituit, ut nullus monachus vel sacra Deo genuina pallam sacram tam contingere nec non incensum ponere in sancta ecclesia.